



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Amplificatio criminis inusitati 6. Verr. n. 67.68.69. Per adiuncta, & varias  
figuras. Capvt XXXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

lisset, declarauit in Parmensium calamitate, quos optimos viros, honestissimosque homines, maximè cum auctoritate huius ordinis, populiique R. dignitate coniunctos, crudelissimis exemplis intermit: prodigium illud, & portentum L. Antonius insigne odium omnium hominum, vel si etiam Di'j oderint, quos oportet, omnium Deorum. Refugit animus P.C. eaque formidat dicere, qua L. Antonius in Parmensium liberis, & conjugibus effecerit, quas enim turpidines Antonii libenter subierunt, easdem per vim letantur alij se intulisse. Sed vis calamitosa est, quam illis intulerunt, libido flagitiosa, qua Antoniorum obliterata est vita. Est igitur quisquam, qui hostes appellare non audeat, quorum sceleris crudelitatem Carthaginem sumpitam esse fateantur, qua enim in urbe tam immanis Annibal capta, quam in Parma surrepta Antonius, nisi forte huius colonia, & ceteratum, in quas eodem est animo, non est hostis Antonius putandus. Si vero coloniarum, & municipiorum sine villa dubitatione hostis est, quid tandem hucus centesimis urbis, quam ille ad expiendas egistates latrocinijs sui concipiuit, quam iam pridem merator, & callidus decempeda sua faxa diuferat. Recordamini per Deos immortales P.C. quid hoc biduo timuerimus à domesticis hostibus rumoribus improbissimis dissipatis? Quis liberos, quis coniugem aspicere poterat sine fletu? quis donum? quis testa? quis latrem familiarem. Iam aut feedissimam mortem omnes, aut miserabilem fugam cogitabant. Hęc à qui bus timebantur, eos hostes appellare dubitamus: gratius si quis attulerit, nomen libenter assentiat, hoc vulgari contentus vix sum, leuiore non vor.

## Amplificatio criminis inusitati 6. Verr. n.

67.68.69.

Per adiuncta, &amp; varias figuras.

## C A P V T . X X X I V .

**L**Ex maximo conuentu Syracusis in foro, ne quis forte me in crimen obscuro versari, atque affingere aliquid suspicione hominum arbitretur, in foro, inquam, Syracusis flens, Deos hominesque contestans, clamare coepit, candelabrum factum ē gemmis, quod in Capitolium missurus esset, quod in templo clarissimo, populo R. monumen-

tum suæ societatis, amicitiaeque esse voluisse: Id sibi Caium Verrem abstulisse, de cæteris operibus, ex auro, & gemmis, quæ sua penes illum essent, senon laborare: Hoc sibi eripi misserum esse, & indignum. Id et si antea iam mente, & cogitatione sua, statuisseque sui consecratum esset: Tamen tum se in illo cōuentu ciuium Romanorum dare, donare, dicare, consecrare Ioui optimo maximo, teste que ipsum louem suæ voluntatis, ac religiosis adhibere. Quæ vox? quæ latera? quæ vires huius unius criminis querimoniam possint sustinere? Rex Antiochus, qui Romæ ante oculos omnium nostrum biennium fere comitatu regio, atque ornatus fuisset, is cum amicus, & locis populi Romani esset amicissimo patre, aucto, maioribus antiquissimis, & clarissimis, opulentissimo, & maximo regno, piæceps ē prouincia populi Romani exturbatus est. Quemadmodum hoc accepturas nationes exteris: Quemadmodum hucus rui facti famam in regna aliorum, atque in ultimas terras peruenturam putasti. Cum audierint à Praetore populi R. in prouincia violatum Regem, spoliatum hospitem, eiecum socium populi Ro. atque amicum. Nomen vestrum, populique Ro. odio, atque aacerbitati, scitote nationibus exteris, iudices futurum, si istius haec tanta iniuria impunita discesserit. Sic omnes arbitrantur, præfertim cum haec omnino fama de nostrorum hominum auaritia, & cupiditate percrebuerit, non qui approbarint. Multi Reges, multæ liberae ciuitates, multi priuati opulenti, ac potentes habent profecto in animo capitolium sic ornare, vt templi dignitas, imperijque nostri nomen desiderant, qui si intellexerint, in terrore regali hoc dono, grauiiter vos iniisse: grata fore yobis, populoque R. sua studia, ac dona arbitrabantur. Sin hoc vos in Rege, tam nobili, in re tam eximia, in iniuria, tam acerba, neglexisse audierint. Non erunt tam amentes, vt operam, curam, pecuniam impendant in eas res, quas vobis gratas fore non arbitrentur. Hoc loco Qu. Catule te appello, loquor enim de tuo clarissimo, pulcherrimoque monumento, non iudicis solum securitatem in hoc crimen, sed prop̄ inimici, atque accusatoris vim suscipere debes, tuus est enim honos in illo templo senatus, populique R. beneficio, cui nominis æterna memoria simul, cum templo illo consecra-

Ec 3

tur.

tur. Tibi cura suscipienda, tibi hæc opera sumenda est, ut Capitolium quomodo magnificèrius est, testirum, sic copiosius ornatum sit, quam fuit: illa flamma diuinitus extitisse videatur.

*Amplificatio Miseriarum per antitheta,  
acutasp. & vellicantes sententias,  
stylo picto, & declama-  
torio.*

Senex reuersus è captiuitate deplorat filium insepultum, & cocam vxorem.

C A P V T    XXXV .

L E X .

**Q**VI in calamitate parentes deseruerit, insepultus abiiscatur. Qui habebat vxorem, & filium captus à piratis scripsit domum de redemptione. Vxor flendo oculos amissit, filius retinente matre profectus, vicariis manibus redemit patrem. Idem in vinculis decessit, abiectus in mare, & appulsus ad littus patrium est eiectus, vult illum sepelire pater, mater prohibet.

*Quintil.  
sæclam. 6.  
fol. 16. p. 2.  
Principium  
aptum, &  
acutum.  
Nota gra-  
dationem  
aristiosissi-  
mam.*

*nōs.  
egregium*

Quid enim paclus sum tam leue, vt non comparatio mei, felices etiam aliorum miseras faciat? Graue est à piratis alligari, magis dicat hoc, qui sciat, quam cito capti moriantur. Alligatus sum, sed taenae magis queror, quod solitus sum. Indigna est impietas in suos, qua quanta veretur in hoc iudicio videlicet. Sed mihi hoc quoque querendum est, quod me, & vxor nimium dilexit, & filius. Quid ergo putarem in rerum natura posse reperiiri, quod orbitate acerbius videtur? Non contigit mihi, quod cæteris miserimum filium efferre. Parum est, quod iuueni singularis exempli, causa mortis fui, & tam preiosus redemptus anima, senex odio us morte filij mei viuo. Parum est, quod mihi luctum meum fluctus nuntiarunt, & alia agenti patri subito ad littus orbitas appulsa est, quod miserium iuuenem toto iactatum mari, etiâsi ne interpellasset, sero sepelire, adhuc supremo prohibeoir officio, & ne quid solati contingat, perdo etiam matris misericordia. Inicit errantem corpori manum mulier, & pirata, & tempestate crudelior, atq; ut accedat dolori meo cumulus, qua hoc facit, vxor mea est. Ne quis tamen erret ignorans, non est filii mei nouera, sed mater, o facinus! o cladibus

nostris mutata natura. *Mater ignem ultimum filii negat, & mulier, qua maritum quoq; suū debilitata desiderat. Quis hoc de ista credat? filium non flet, funditus eversa fulmen hoc, gladiumque non sentit.*

Iam illa principalis, ac maxima Deum do non concessa libertas, non hominum solum, sed ferarum, volucrumq; sensibus fixa, & ingenua, primum spolium fuit. Me ipse perdidi, tenebris venale mancipium, & ciuis Romanus merces fio, & libertatem senex dedisco, & natus ingenuus venire opto. Minimum est, in flum & tribus habitamus, Hiberni nos ferunt venti, amplificatio non statio, non sedes, non quies, sed quod maiorum meorum maxima portio est, tam minima seruunt etiam domini mei, citò prætereundam piratas, est memoria, propter me vxori grauius, mihi tristitia propter filium. Tranfuso hirsutus hostium aspergimus, & immanium barbarorum feros frater, quantumq; mihi quotidie esse metuendum, dicit. Et quantum pais caput, audere pirata potuisse. Nihil est desiderio suorum grauius, timui ne Arisfrus, quem ex meis viderem. Nihil tempestate minacius, quotidie naufragium optauit: nam mortem, confitebor senili inertia una cœfa minus cupiebam, ne defunctum nemo sepeliret. Quam vestem reliquam captiuo putas, nisi quæ præda non erat? quales epulas, cibosque prebent, qui ipsi rapto viuunt? Nam illa quidem satis digna, quis dixerit vdom carcerem, & inundatam sentina nauiculam, & impositu nuda trabe irrequietum latus, reuinctas post tergum manus alligatos, tanquam esset, qua fugeremus pedes? Solæ in carcere tenebræ iutabant.

Nunc autem aliquot è patribus amplificationes, *κριτήν* operis *κριτήν* subiungamus.

*Amplificatio calamitosi status per anti-  
theta, & hypotypasin.*

Describitur miseria pauperum cum luxu diuitium comparata ex D. Gregorio.

C A P V T    XXXVI .

**A**λλ' οἱ μὲν ὑπαρχοὶ ταλαιπωροῦσθαι τις, ἡμεῖς δὲ οἰκητοὶ οἰκίας ὑπερβάντες λαμπρές λίθοις παντοῖοι διελεύονται. Gris. No. 248. Greci om̄ēs, καὶ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ κοστουραῖς ποστασίαις, καὶ ψηφίδοις λεπίνδαις, καὶ ποτε λεῖθοις λίαν χαρψίαι, σφιδαλισῶν ἀπαγκλοῖς δελεᾶς. Minus. πατοὶ. καὶ τὰς μὲν οἰκητοὺς, τὰς δὲ οἰκοδομήσαντας,